

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

eis quicquid de praeda qua erunt.
 sed sufficiat unicuique vxor sua et fi-
 lii: quos cum acceperint. recedant.
 Dixit autem dauid: non sic facietis
 fratres mei de his que tradidit nos
 dominus. et custodiuit nos. et
 dedit latrunculos qui eruperant
 aduersum nos in manus nostras:
 nec audiet vos quisquam super sermo-
 ne hoc. **E**qua enim pars erit descen-
 dentis in prelium. et remanentis
 ad sarcinas. et similiter diuidetur. **E**t
 factum est hoc ex die illa. et deinceps
 constitutum et prescriptum et quasi lex in
 israel usque ad diem hanc. **V**enit er-
 go dauid in siclech et misit dona
 de praeda senioribus iuda. proxis
 suis dicens: Accipite benedictionem de
 preda hostium domini. his que erant in bethel
 et que erant in ramoth ad meridiem. et
 qui in gether. et qui in aroer. et qui
 in sephamoth. et qui in esthama. et
 qui in rachal. et qui in urbibus hie-
 rameli. et qui in urbibus ceni. et qui
 in rama. et qui in lacu asan. et qui in
 athach. et qui in hebron. et relique
 qui erant in his locis: in quibus fu-
 erat commoratus dauid. et viri eius.

C. XXXI.

Pereus. iona.
 abina. et melchi.
Rab. Jonathan
 abinadab. que et ibelui
 et melchisue. **I**sbo-
 seth autem domi erat: que
 eo anno quo saul con-
 stitutus est rex natus
 dicitur: qui etiam xl. an-
 norum fuisse legitur cum
 regnare cepisset: unde
 colligitur saul xl. annis
 regnasse. **H**esui autem
 interpretatur equalis.
 quia equalis meritis fu-
 isse filij cum patre me-
 morantur. **A**minadab
 pater meus sponte.
Sponte enim sua pater
 eius saul male agendo
 acquisiuit. ut vna cum
 filiis periret.

C. XXXI.

Philistinum autem
 pugnant aduersum israel
 et fugerunt viri israel ante faciem phi-
 listinum. et ceciderunt interfecti in mo-
 te gelboe. **I**rrueruntque philistinum in
 saul et in filios eius. et percusserunt
 ionatham. et abinadab. et melchisue
 filios saul. **T**otumque pondus prelij
 versum est in saul. **E**t consecuti sunt

eum viri sagittarij: et vulneratus est
 vehementer a sagittarijs. **D**ixitque
 saul ad armigerum suum: **E**xuagina
 gladium tuum et percutite me: ne forte ve-
 niant incircumcisi isti et interficiant
 me illudentes mihi. **E**t noluit armi-
 ger eius: fuerat enim nimio terrore per-
 territus. **A**rripuit itaque saul gla-
 dium et irruit super eum. **Q**uod cum vidisset
 armiger eius. videlicet quod mortuum
 esset saul. irruit etiam ipse super gladium
 suum: et mortuus est cum eo. **M**ortuus est
 ergo saul. et tres filij eius. et armiger
 illius. et vniuersi viri eius in die illa
 pariter. **V**idetes autem filij israel que erant
 trans uallē et trans iordanem quod fugisset
 viri israelite. et quod mortuus esset
 saul et tres filij eius. reliquerunt ci-
 uitates suas: et fugerunt. **V**enerunt
 quoque philistinum et habitauerunt ibi. **F**a-
 cta autem altera die uenerunt philistini
 ut expoliarent interfectos. et inueniunt
 saul et tres filios eius iacentes in mo-
 te gelboe. **E**t perciderunt caput saul
 et exposuerunt eum armis. et misere-
 runt in terram philistinorum per circuitum ut an-
 nunciarent in templo ydolorum et in populis.
 et posuerunt arma eius in templo asta-
 roth: corpus uero eius suspenderunt
 in muro bethsan. **Q**uod cum audissent
 hitatores iabes galaad quecumque fe-
 cerunt philistinum saul: surrexerunt
 omnes uiri fortissimi. et ambulauerunt
 tota nocte. et tulerunt cadauera saul.
 et cadauera filiorum eius de muro
 bethsan. **V**eneruntque uiri iabes ga-
 laad: et combusserunt ea igni: et tulerunt
 ossa eorum. et sepelierunt in nemore ia-
 bes: et ieiunauerunt septem diebus.

Arripuit itaque
 saul gla. etc. **G**la-
 dio quo amalechitis
 contra preceptum dei pe-
 perat: merito se ipsum
 occidit. **S**ic que pote-
 state pro communi uti-
 litate accepta aut non
 utitur. aut abutitur. suo
 se nimirum gladio con-
 fodit. et quo ab hoste
 defendi debuerat: ho-
 stis potius inueniat.

Habitatores
 iabes. que saul ab
 aduersarijs defende-
 rat: rependunt quod pos-
 sunt. **H**os quoque boni
 factores nostros gla-
 dio peccati peremptos
 quod possumus a philis-
 tinorum opprobrio eri-
 piamus.